




2 BRE
VES POETA
RVM SENTENTIAE
Quibus additæ sunt alia
Morales , secundum
Duodecim Virtutes
Morales p IACO
BVM Fabrum
Compilete.



Ringmannus Phileſius Vogefigena
Augustino Sprungo Colmarieſi
Ludimagiſtro, S. P. D.



COLLECTA sunt a no-
bis, & ſerie quadā digeſta,
Poetarū Hemſtichia ſen-
tentijs clariſ venerabiliſſima,
quæ in pago Schilkheimio
diebus proxime tranſmiſſis quando
de morte feciſſemus virgini demi-
am, deindeq; ſympoſiaremur, ac ea re-
citarer puellus quidam mea diligentia
inſtitutus a Vuolphio noſtro, qui a
me vocatus tum aderat, & pleriq; om-
nibus alijs conuiuijs mirifice laudata fu-
ere. Eadē ipſa Auguſtine nominatim
ad te ſcripta dedimus calcographis diſ-
ſeminanda, rati pueris nō minus p̄futu-
ra, ſi actutum poſt prima elementa edi-
ſcerent, q̄ aut ſupinas Alexandri Galli
dedoctiones, aut quæ id genus deliria
male litterati (vt p̄be noſti) ipſis hoc æul
tradere nō ceſſant, Tu qui in ſcholasti-

A ij

ca p̄fectura nobis successisti, & nō p̄ce-
nitendus p̄ceptor iure veluti heredita-
rio litteras bonas (idē elegantiores atq;
poeticas) sedulo doces, cura obsecro vt
his imbuant̄ q; tuo moderamini sub sūt
iuuenes, Staciliū Badensis adulescentię
doctorē, & Kierherū apud Schletstadi-
enses hypodida scholū, ambos duos po-
litoribus studijs florētissimos atq; ob
id mihi amicissimos, idē facturos certo
scimus. Maxime aut̄ Ioannes bona prae-
ditus indole ephœbus Iacobi Xilotecti
(cui & carpentario cognomē) inclyti ac
nobilis viri Decani v̄ri ex sorore nepos
Is inquā diligenter te potissimū instru-
ctore hec imbibat, q̄ in se hñt succū, me-
dullā, & nucleū. Quippe fregimus nu-
cē esse incipientibus. Et credo equidē
nihil fere quicq; aut oppido q̄ paucissi-
ma dici posse, qbus non liceat mox ob-
uium obijcere aliquod ex his, q̄ partim
sunt de uerbia, sales, & schomata, p̄ libi
tu hinc in assumpta, partim apophteg-
mata, p̄reptica, hoc ē breues sententiæ

præceptionesq; instructiue. Integri ver
sus, quorū nūerus apud vates ē pene in
finitus, de industria appositi non sunt.
Alias portentosa libri moles surrexisset
Mutauimus nonnunq; v̄ba quedā ex
vna in aliā psonā, Variati etiā casus sunt
interdū numerū quoq; & tpa plocis al
terauimus, qd' boni consulāt q notaue
rint. Id em̄ factū iccirco, vt melior sen
sus haberet. Liuidis vero q forte illud
obganniēt. In tenui labor. Rñdeat Ma
ro. At tenuis nō gloria paruis hūc adde
re honorē. Quāuis hac in re, pfecto nō
tā queramus laudē, quā pdesse pueris
cupiamus. Vt cūq; tñ fuerit Tu bñ vale
& q me istic amāt meis v̄bis saluere iu
beas. Saluus sit Gregorius Bechrerius
cū Bartholomęo Vuigrammio Achate
ppetuo, atq; imprimis decanus poli hy
storille Nā his tribus canonicis sibi mu
tua familiaritate & eisdē studijs copula
tis Philesius tuus (qd' tenō latet) est obli
gatissimus. Iterū Vale Argñ. K̄. Octo
bris. Anno. M.D.V.

A iij

Iambicum Hyponactium;

R. Phi,

Audite queso, audite pauca si libet
Audite queso, post agatis que placent
Ne quis putet forsan poetarum genus
Mendax, velut nugantur osores mali
Non poenitendorū poematū breues
Sententias cursim modo citabimus
Quasdā (quis oēs nāq; diceret simul?)
Veras quidē responsasicut Delphica
Et ordinem sequemur alphabeticum
Nymphae iuuetis me recēscētē obsecro

DE A.



B loue principium musæ
Absente carere molestū est
Adamantē ē flectere durū
Ad cras rem differre nocet

Adde parum paruo
Adpetitur, floretq; repertum
Ad superos Astrea recessit
Ad tempus viuimus omnes
Ad viuum penetrant flamme
Afflictis melius confidite rebus
Agitant diuersa pericula fluctus
Agitat discordia fratres
A lano mensem dictum caue
Alit, & regit, & perimit fors
Aliud ex alio reficit natura
Alternas capiunt elementa figuras
Amabilis æstas Post brumam est
Amica paperaua somno
Amor ardet habendi
Amor est amaror, & error
Amor ignescit menti
Amor infinitus habendi est
Amor omnibus idem
Amor sceleratus habendi est

A iij

Amor studium comune iuuentæ
Animi fuga mors est
+ Animi fugiunt obscoena viriles
Animis ignauia venit
Animo forti sortem superate
Animum pulsat furibunda voluptas
Animus moribundos deserit artus
Anxietas vario sermone leuatur
A placidis mens est arcenda
Ardens euexit ad æthera virtus
Ardua prima via est
Ardua virtutem profert via
Argentea proles Auro deterior
Argento deformis viluit ætas
Arma deos sua quemq; decent
Arma placent aquilæ
Armis fera bella geruntur
Arte para victum
Arte perhennat amor
Arte regendus amor
Arx est ipsa sibi virtus
Assiduo labuntur tempora motu
Atropos omnia rumpit
Auarus in auro Mergitur

Aui numerantur auorum
Audacem te reddit amor
Audax est mortale genus
Audax qui marmora findit
Aude aliquid
Audendum est cum ipsa vocat res
Audentes deus ipse iuuat
Audentes fortuna iuuat
Audit deus omnia
Aufert diuitias & regna vetustas
Auget opes fiducia
Auri est nunq̃ extincta sitis
Auri est sacra fames
Auriculas asini quis non habet
Aurigæ somnia currus
Auro pulsa fides
Aurum in summum creuit honorem
Aut nunq̃ tentes, aut perfice

DE B.

Barbato crede magistro
Bellandum est astu
Bellus est discordia nutrix
Belliger Hector erat

A v

Belli inclyta mors est
Bello certamina magna geruntur
Bilem nihil æquat acerbam
Bona mundi cuncta peribunt
Boni viuant, pereantq; nocentes
Bonum præsens minus est
Borea spirante cauendum est
Blanda est infracta loquela
Blanda fouet spes
Blandicijs vult esse locum Venus
Blandimenta caue muliebria
Blandi violis mercantur amores
Breue & irreparabile tempus
Breuis esse laboro Obscurus fio
Breuis est magni fortuna laboris

DE C.

Candidus in nauta turpis color
Capti vitam pensabitis auro
Caput ense rotatur
Carmen & herba nocent
Carmina lætum sunt opes
Carmina morte carent
Carpimur vt stipulæ
Casta est quam nemo rogauit

Castra pudiciciam seruat domus
Castra placent superis ⁊
Castiges turpia
Castus amor virtutis
Casus in euentu est
Casus vbiq; valet
Casu virtus dominatur in omni
Causas cognoscite rerum
Cæca futuri Mens hominum est fati
Cæca rotat fortuna fidem
Cæcus amor cæcat
Cedant arma togæ ⁊
Cædes cæde accumulatur
Cedite ferro
Celeres torquent sua stamina parcae
Cœlestia querite regna
Cœlorum arce deus videt omnia
Cœlorum est terræq; opifex deus
Cœlum est omnipotens
Cœlum omnibus vnum est
Cœlum mens mouet atq; rotat
Cœlum stulticia petimus
Cereris sunt omnia munus
Certamen mouistis opes

A vi

Certe vertuntur amores
Certus in hospitibus non est amor
Ceruorum frigida mens est
Cibum sequitur somnus
Cogit auarus opes
Colunt sua numina nautæ
Comitata labore voluptas
Concertare mero turpe est
Condedit omnia virtus
Coniuncta pudori Formamouet
Consensu est mentis viciabile corpus
Consistunt omnia pace
Constat semper genitum nihil
Consuetudo concinnat amorem
Consumitur annulus usu
Contemnas murmura famæ
Contemni turpe est
Conturbant æquora venti
Conuitia pectus acerbant
Corda deo dabitis
Corda immota manent deuota
Corda pauor pulsat
Cornix inuisa Mineruæ est
Corpora spiritibus sunt subdita

Corruptus munere iudex lus violat
Cuiq; suus mos est
Cum candore rubor decet
Cuncta licere Credimus
Cuncta videt pater omnipotens
Cuncti homines peccare solent
Cura est aduersa poetis
Curat pecuaria pastor
Curia pauperibus clausa est
Clam tacitum tempus abire solet
Claude dolor gemitus
Clausum possidet archa louem
Clauus clauum pellit ⁊
Cras melius fortassis erit
Crede fides est grata deo
Credula res amor est ⁊
Credulitas damno esse solet
Crescit amor nummi
Crescit amor visu
Crimen diluit omne dolor.

DE D.

Dant omnia diui
Dat census honores
Dat poenas laudata fides

A vij

Dubiam rege nauita puppim
Ducit per scrupula virtus
Dulces ante omnia musæ
Dulci declinant lumina somno
Duro mars milite gaudet
Durum est aduerso occurrere fato
Durum est sufferre laborem
Dux laterna via est.

DE E.

Edita de nihilo crescunt
Effodiuntur opes
Egentibus ipse subuenias
Ægyptus sine nube ferax
Elegia est flebile carmen
+ Ematur sola virtute potestas
Æmula virtuti fors est
Enumerat miles vulnera
Epulis mensura tenenda est
Epulis saturate famem
Æquū est medicam pernoscere curā
Æstatis primordia clarent
Este procul lites
Est hic Quem geminus foelix
Est hymbribus humida tellus

Est iucunda voluptas
Est in pace voluptas
Est omnis vefanus amator
Est confanguineus loethi fopor +
Est diuis germana fides
Est fauor in fenibus
Est laudanda voluptas
Est lautæ gloria menfæ
Est malefuada fames
Est malefuada lucri rabies
Est mens infirma puellis
Est modus in rebus
Est mollis flamma medullas
Est pacis defpectus honos
Est pulchrum vixiffe diu
Est quædam flere voluptas +
Est qui gerit ore venenum
Est qui non curat habere
Est rariffima virtus
Aetas vltima confilijs melior +
Aeterna æterpus tribuit
Aeuo delebile languet
Aeuum pauper agit fecurius
Ex alijs aliud reparare neceffe est

B

Ex animo miserans largire
Exiguas habitato casas
Exitus acta probat
Exitus in dubio est
Ex vno disce omnes
Excessit medicina modum
Ex facili grata est medicamine cura
Experto credas,

DE F.

Faciem virtute repende
Faciens fieri sibi furta veretur
+ Facies dum vernat amandum est
Faciunt breue gaudia tempus
Facilis descensus Auerni est
Facilis iactura sepulchri
Facit indignatio versum
Facit reuerentia foedus
Fac timor abscedat
Fallacia munera amoris
Fallimur omnes
Falso discernite verum
Fama malum est
+ Fastus inest pulchris
Fata regunt homines

Fato non omnia parent
Fato subiiciuntur opes
Fœcunda licentia vatū est
Fœdus discordia soluit
Fœlices humiles
Fœlices pro auorum atavos
Fœlix qui mentem sentit amorem
Feros auertite ritus
Feruentia sydera Cancri
Ferrum candescit in igne
Fert timidis fuga sola salutem
Fessis da surgere rebus
Fides homini seruetur amico
Fidite virtuti
Finis nullus habendo est
Forma viros neglecta decet +
Forma bonum fragile est
Formosa est messibus æstas
Fors iuuat audentes
Fortuna fugacior vndis
Fortuna genus non mutat
Fortunam aspicias
Fortunam reuerenter habe
Fortuna titubante fides cadit

B ij

Fortuna volubilis errat
Fucatur lana colore
Fugere pudor/verumq; fides
Flagrans ore Cupido micat
Flamma latens venus est
Flendo diffundimus iram
Fluere omnia constat
Frangit deus omne superbum
Frangit fortia corda dolor
+ Fratrum gratia rara est
Frigida corda tremunt;

DE G;

+ Gaudent funere fratres
Gaudent liuore poetæ
Gaudet amans furto
Gaudet amor lachrimis
Gelidos pallor superinduit artus
Geminat victoria vires
Genitricem diligit infans
Gens infœna virum est
Gutta cauat lapidem
Glans aluit veteres
+ Glória calcar habet
Gloria pandit iter coelis

Gloria rerum interit
Gloria virtutis semper manet
Gnothi se autem
Grata fugit lanuginis aetas
Grata silentia praedis
Gratia quae tarda est ingrata est
Grauis est violentia morbi, *ingrata est gratia tarda*

DE H.

Habenda est cura operi
Habendi est praua cupido
Heu quod damnosum est mulieri fidere
Hyems Aquilonibus asperat vndas
Hominem non laedit habere
Hominem spes nutrit egentem
Hominum est pecudumque Cupido
Hominum labor utile calcar
Hostes prosternite ferro,

DE I.

Iacet extra sydera tellus
Iaculatur Iuppiter ignes
+ Ieiuno sapiunt vel pessima ventri
Iouis alta potestas
Iouis omnia plena
Iuuat ad meliora redire

B iij

Iuuat exercere labores
Iuuat indulgere choreis
Iuuat rerum prudentia cunctos
Iubet ire voluptas
Iudice sub vicio virtus rea sistitur
Iuppiter est quodcunq; vides
Iuppiter omnia cernit
Iura deo maiora manent
Iurare caue seu fallere numen
Iura senes norunt
Iura sub ense iacent
Iuris locum sibi vendicat ensis
Iurgia bilem acuunt
Ius iniuria vincit
Iussa capessere phas est
Iussis mora segnis abesto
Iusta librat deus omnia lance
Iusticiam colito
Idem manet exitus omnes
Ignauum fuci pecus
Igne leuatur hyems
Imitantur hamos dona
Imprimis tibi conde domum
Imprimis venerare deos

Imprimis damnosa est vicinia
In audentes non est audacia tuta

In amore rota est

Ineuitabile fatum est

Inexorabile fatum

Inimica tenacius herent

Inops audacia tuta est

Incerta omnia lege feruntur

Incomprehenſa manet virtus

Incumbe labori Nec pudeat

In crimine virtus crimen erit

Infanda hominum delebitur ætas

Infectum eluitur ſcelus

+ Infectum factum eſſe nequis

Inflat honor faſtu

Ingenioſa gula eſt

Ingenioſus amor

Ingenium natura dedit

Ingluuiſ ventris damnosa eſt

+ Ingratum gratia tarda facit

In lapides denſus conuertitur humor

+ In magnis voluiſſe ſat eſt

In precio precium eſt

In prolem tranſcurrit gratia patrum

B iij

In sacro quid facit aurum
Infans amans torquetur amore
In se magna ruunt
Insomnes ducit solertia curas
Inferitur lauro cerasus
In scelus omne ruit phas
In teneris assuescere multum est
In terris optatenihil
Inter se pisces laniant
In venerem proni sumus
Inuia virtuti nulla est via
+ Inuidet & figulus figulo
Ipsa est sibi præmia virtus
Ira suis perit ignea telis.

DE L.

Laudemus vcteres
Laudum est immensa cupido
Laudum vesana libido est
Labor acer apum est mel
+ Labor omnia vincit
+ Labor ~~vult~~ interualla *requirit*
Lachrimis adamanta mouebis
Languescunt omnia morbis
Lasciuu puella est

Latebras optat habere pudor
 Latent sub nube doli
 Latet anguis in herba
 Levis ac diffusilis æther
 Ledens ledetur & ipse
 Ledunt iuga prima iuuenos
 Lege ydonea tempora ad vsus
 Legem donare superbum est
 Leniter afflat amor
 Lenta ira deorum est
 Læticiæ est Bacchus dator
 Læthum non omnia finit
 Lex dona cohercet
 Ltuor edax rodit
 Ltuor post fata quiescit
 Liba cum clara nitescet sole dies
 Libertas scelerum est
 Liceat sperare timent
 Lingua mali pars maxima serui
 Linguam caue in omnia soluas
 Linguosior æquo esse fuge
 Lis est de paupere regno
 + Longa sit veste sacerdos
 Ludit amor sensus

B v

Lux cum sole recedit,

DE M,

+ Maiores minoribus obsunt
Maiores referunt nati
Maior magis est placabilis iræ
Maius reddit distantia lumen
Macerat inuidia
Maculat faciem lentigo decoram
Magna est medicina fateri
Magna cadunt, inflata crepant
Magna dabit qui magna potest
Magna deo cura est hominum
Magnanima inuidia virtus caret
Magna parens terra est
Magnates dare parua pudet
Magna tonantis auis
Magnæ est victoria curæ
Magni refert quid quæq; queat res
Magnum est ex hoste reuerti
Magnus amor laudum
Mala sunt vicina bonis
Male dicere cuiq; infandum est
Manu lis est non ore agitata
Mudent mortales semina terris

Maria alta tumescunt
Materies terrena sumus
Maturam incidite messem
Medio tutissimus ibis +
Medium tenuere beati +
Melioribus vtere fatis
Melior fortuna sequetur
Melior vigilantia somno est
Memores estote senectæ
Mens est hominis pars vna
Mens est laxanda quiete
Mens est latata metallo
Mensis de mense renascitur +
Mentiri scelus est
Merulus torquetur amore
Militat imbellis amor
Militat omnis amans
Mille hominum species
Minui rem quamq; videmus
Misera obiurgatur aegestas
Miscet aconita nouerca
Mite, & cognatum est homini deus
Mittunt sua thura Sabei
Mobile tempus abit

B vi

Molles sub arbore somni
Momento cita mors venit
Monimenta virum delapsa videmus
Mora nulla fugacibus annis
Mores ætas lasciuia relaxat
Mori contingit amore
Morbus flammifer vrit
Mors est certa/incerta dies
Mors vltima linea rerum est
Mors similis somno
Mors spernit altam gloriam
Mortalia facta peribunt
Mortalibus addita cura est
Morte carent animæ
Mos est dare verba poetis
Mos ferus audacis populi
+ Mulierum amentia longa est
Mulier ficto suspirat amore
Multa dedit natura homini
Multa fidem promissa leuant
Multa pericla mari/ac terra
Multi multa loquuntur
Multis vtile bellum
Multos da Iuppiter annos

Munera ne poscas
Musto pocula spumant

DE N.

Nauis velo/ventisquoq; fertur
Nascentem extinguite flammam
Nascentem ornate poetam
Nascetur vilior ætas
Nascimur arbitrio superum
Nati seruent vestigia patrum
Natura est dædala rerum
Natura gerit res
Naturas discite rerum
Nec natura caret vicio
Ne dubita cum vera vides
Ne fallare caue
Nemo magis gaudet q̃ foemina
Nemo malus foelix
Nemo sine crimine viuit
Neruo vincitur arcus
Nihil ad nos ante acta vetustas
Nihil est annis velocius
Nihil est fallacius austris
Nihil est toto quod constet in orbe
Nil dissociabile firmum est

B vij

Nil fuit omne quod est
Nil melius turdo est
Nil non mortale tenemus
Nil pompæ mortalis ama
Nil placidum sine pace deo est
Nimium ne crede colori
+ Nitimur in vetitum
Nobilitas virtus vera est
Nobilitat virtus
Nobis domus vltima cœlum est
Nocet animis illapſa voluptas
+ Nocet empta dolore voluptas
Nocet eſſe loquutum
Nocuit non credere
Nocte latent mendæ
Noli contemnere diuos
Nomina clara pares
Numen adora
Non audit verbera currus
Non auro rectiſq; modus
Non eſt certa fides
Non eſt contemnere tutum
Non eſt fortuna perhennis
Non eſt menſura ciborum

Non extorquebis amari
Non omnia cernere quimus
Non omnia possumus omnes +
Non omnia retia falles
Non omnibus omnia constant
Non omnibus vna voluntas +
Non hospes ab hospite tutus
Non voto viuatur vno +
Non vni dat cuncta deus
Non bene olet qui semper olet
Non caput est oneri collo
Non credas facile
Non decet opprobrium
Non fidum est foemina nomen
Non leuat ipse dolor
Non manet vlla sui similis res
Non modus est luxus
Non nimis est oneranda ratis
Non posse, potentia non est
Non replenda est curia verbis
Non semper foelicia durant
Non semper lilia florent
Non sunt in morte dolores
Non te vincant in amore sodales

B viij

+ Non tellus eadem parit omnia sellus
 Noris q̄ sit tibi curta supellex
 Nosse volunt omnes
 Nostris viuimus annis
 Nubila ne diuturna putes
 Nulla est disparitas animis
 Nulla est reuerentia dandi
 Nulla est syncera voluptas
 Nulla fides vndis
 Nulla fides pietasq; viris
 Nulla fides regni focij
 Nulla modestia voti
 + Nullis amor est medicabilis herbis
 Nullum cum victis certamen
 Nullus duos effugit amores
 Nummorum est caeca libido
 Nummorum scelerata cupido est
 Nunc dominantur opes
 Nunc fulget/nunc atra dies latet
 Nunc sola pecunia regnat
 Nunq̄ aliquid dementia nouit
 Nunq̄ falsa refer
 Nunq̄ defunt consulta duobus

DE O.

O aurum victorum princeps
 O bona libertas
 Oblatas sperne illecebras
 Oblivio cura malorum ✕
 Obruimur morbis
 O cæcas hominum mentes
 O cæcæ ludibria fortis
 O cia corpus alunt
 O cia damnantur
 Oculi sunt in amore duces ✕
 O curas hominum
 O curuæ in terras animæ
 Occultum nihil esse potest
 Occlusus magis æstuat ignis ✕
 Oderunt hilarem tristes ✕
 Odi ego iactantes nimium
 Odit simulator amicus
 Odora canum est vis
 O dulces pastoris opes
 O faciles dare summa deos
 Officium est prodesse dei
 Omen ab euentu est
 O munera nondum Intellecta deum
 Omne ævum ferro teritur

C

+ Omne homini natale solum
 + Omne solum forti patria est
 Omnia vertuntur
 + Omnia vincit amor
 Omnia commutat natura
 + Omnia dat qui iusta negat
 Omnia fert aetas
 Omnia ferte
 Omnia longa dies abolet
 Omnia mors æquat
 Omnia plena deo
 Omnia prætereunt
 Omnia sunt moritura
 Omnia tempus habet
 Omnis homo mendax
 Operi laus est imponere curam
 + Opes irritamenta malorum
 O prodiga rerum Luxuries
 Optima mensura est
 Os homini sublime datum est
 O superum metuenda manus
 Os mutum facti caret indice
 O vatum præciosa quies
 Ouibz sua lana decori est

DE P:

Pauido fortiq; cauendum est
 Pauci dignoscere possunt verum
 Pauci lata arua tenemus
 Pauci quod finit alter amant
 Paucis vita diebus abit
 Paucis deum venerabere verbis
 Pauperies inimica bonis ē moribus
 Pauper vbiq; iacet
 Patientia cunctos Exuperat casus
 Patiens formica laborum est ✕
 Pacis amica quies ✕
 Palleat omnis amans
 Palpat adulator
 Par est vesania cunctis
 Parua decent humiles ✕
 Parua leues capiunt animos
 Paruo est asueta iuuentus
 Paruo superadde pusillum
 Paruum parua decent ✕
 Pascitur in viuis liuor
 Pastorum genus infœlix
 Patet atrī ianua Ditis
 Patria quid dulcius extat

C ij

Pax iuuenum nutritrix
Pax optima rerum est
Pax belli exacti pretium
Pax plenum virtutis opus
Pax summa laborum est
Peieratorem deus odit
Pecudes meliora ad pascua ducas
+ Peccantia membra coherce
Peccanti nihil est tetrius
Pelagi sunt nomina mille
Pelago sunt multa timenda
Phoenix reparabilis ales
Pensata verba loquaris
Pereat qui crastina curat
Perisse semel satis est
Peritius/phasq;/bonumq;
Peruersum ius omne viger
Perfer/& obdura
Perflant altissima venti
Permutat nauita merces
Per se magis omnia florent
Perstes modo/tempore vinces
Peritur virtutibus æther
+ Pietas via facta nocendi est

Pietas geminato crescit amore
Pietas sua foedera seruet
Pigras vincit inertia mentes
Poma dat autumnus
Ponite mature bellum
Possibile est ius omne deo
Poscenti dabitur
Post iacturam quis non sapit
Pueri in tenebris pauitant
Pudet insano vixisse labori
Pudor prohibet ne plura loquamur
Pulvere sudat equus
Puluis & umbra sumus
Pulchrum est digito monstrari
Pulchrum mori succurrit in armis
Plecte truces animos
Plenus laudat ieiunia venter +
Plurima monstra maris
Praedo latet
Prælia pro titulis exercent
Præsens deus omnia cernit
Præsens male iudicat ætas
Præstat compescere linguam
Prætereunt subiecta feris

C iij

Prima beatum Virtus quemq; facit
Prima dies sacra est
Prima docet rectum sapientia
Primum prece numen adora
Primus in orbe deos fecit timor
Principijs obsta
Principio delubra adeas
Proh animis infusa lues
Probitas laudatur, & alget
Probitate tuebere formam
Probris cessit virtus
Prudentia surgit ab usu
Pro crimine poena luenda est
Proh quanta relictas Turba fit inopes
Proh rerum infans cupido
Proh spes fallaces.

DE Q.

Q^u cruciat ieiunia fames?
Quanta est discordia fratrum?
Querenda est sedes nobis
Querenda viatica canis
Querite quos agitat mundi labor
Que sentimus sentire necesse est
Que sunt in luce tuemur

Q ues scire nephas, nescire necessum ē
 Q uē ^{quid amat} amant ^{ipsi} sibi somnia fingunt *fiunt.*
 Q uicquid habet ortus, finem timet
 Q uicquid patiare ferendum est
 Q uicquid placet vtile credunt
 Q uicquid superi voluere peractū ē
 Q uid harenæ semina mandas?
 Q uid enim Venus ebria curat?
 Q uid homines norunt?
 Q uid grauius misero?
 Q uid fuluum congeris aurum?
 Q uid flere iuuat mortes?
 Q uid genus, & proauos strepitis?
 Q uid melius q̄ cana fides?
 Q uid miscere iuuat vires?
 Q uid neruos secuisse iuuat?
 Q uid nomina vana timeris
 Q uid non virtutis amore ferendū ē? *†*
 Q uī furit, insanit
 Q uis æuī exitus incertum est
 Q uis enim bene cælat amorem?
 Q uis enim cælauit ignem?
 Q uis legem det amantibus?
 Q uisq; dies sibi met satis est

C iij

Quis scelerum modus?

DE R.

+ Radio solari gratius aurum est
Rapimur florentibus annis
Rebus inest secreta facultas
Rebus natura subest
Rebus sperate sequundis
Refici rem quamq; videmus
Regendi est sæuus amor
Regia res amor est
Regina pecunia rerum est
Regnandi est violenta cupido
Reparabile damnum est
Requies est certa laborum
Rerum est comune sepulchrum
Rerum est discolor vsus
Rerum est natura creatrix
Rerum est sapientia Pallas
Rerum caput est deus vnus vbicq;
Rerum pulcherrima Rhoma est
Rerum sentimus odores
Res age tutus eris
Res est blanda canor
Res est fortis amor

Res inuidiosa voluptas
Res hominum fragiles
Res vulgaris amor
Res male parta mala est
Res seruata perit
Rex Iuppiter omnibus idem
Rhoma Phrygum labor est
Rota voluitur æni
Ruet moles/ & machina mundi
Ruit alta poesis
Rubet ventura dies
Rustica turba tace,

DE S.

Sanat medicina dolores
Sanet qui fauciat ipse
Sancta est cum lege voluptas
Sanguinis humani flagrat sitis
Se iudice nemo nocens
Sæuas extinguite flammæ
Sæuo vexamur amore
Sæuo Sirius igne nocet
Sæuus amor nimium est
Sed mora damnosa est
Segnes facit indulgentia natos!

C v

Semper eris pauper, si pauper es
 + Semper inops quicumq; cupit
 Semper veneranda senectus
 Semper cupimus negata
 Semper durabile cœlum est
 Semper mediocria cures
 Semper metuet quem sæua pudebūt
 Semper nocuit differre paratis
 Semper non erit æstas
 Semper pauper egebit
 Semper tibi pendeat hamus
 Sensum malus abstulit ignis
 Sensus impellere possunt
 Sequitur captiuus amantem
 Sequitur celeri mors pallida gressu
 Sequitur post nubila phœbus
 Sequitur sua phama sepultos
 + Sequitur superbia formam
 Series seruanda dierum est
 Seruabit odorem Testa diu
 Seruare memento Mensuram
 Seruare modum, finemq; tenete
 Seruat multos fortuna nocentes
 Seruit & astrorum velox chorus

Si vis vt loquar ipse tace
Si vis me flere dolendum est
Si vox est canta
Si bene quid facies, facias cito †
Sibi quiuis proximus esto
Si domino sapias obuius ito
Simulachra parentum sunt nati
Simplicitas digna fauore fuit
Syncera priorum Vita hominum
Sint pocula mensæ plena
Si quid Rhoma dabit nugas dabit
Sis pius imprimis
Sit capitis reuerentia cani †
Sit liber dominus
Sit reuerentia mensæ
Sit recta viarum Semita
Socijs comes est discordia regnis
Sola iuuant que lucra ferunt
Sola deos æquat clementia nobis
Sola pecunia regnat
Soluitur in cinerem corpus
Sol circumuoluitur orbem
Sollicitum quiddam lætis interuenit
Somno mors est soror

C vi

Sordet in gloria virtus
Sors ignota futuri est
Sors incerta vagatur
Sors hominum æternum labens
Sors cuiq; est sua cœlitus
Sors sua cuiq; loco est
Sorte tua contentus abi
Sorti appendix est illætabilis
Suadent cadentia sydera somnum
Sua dextra cuiq; est
Suo voluntur sydera lapsu
Suus est cuiq; genti mos
Subeunt morbi/tristisq; senectus
Sub blanda sūt corda immania frōte
Sub melle venena latent
Sub miti sunt ferrea pectora vultu
Successit ænea proles
Successu crescat honestum
Sulmo tumet Nasone suo
Sumus omnes semine oriundi
Summa deum est pietas
Summa petit liuor
Sunt a loue tempore nata
Sunt obnoxia corpora morbis

Sunt hominum varij morbi
Sunt falsa simillima veris ✕
Sunt furta nephanda thororum
Sunt longi fastidia morbi
Sunt parua habitacula ruris
Sunt paruo in corpore vires
Sunt patribus nati similes
Sunt Rhēni grādia gesta
Superanda oīs fortuna ferendo est
Superis sine cāde litandum
Scelerata infania belli est
Scelerum causas operit deus
Scelus est in viscere viscera condi.
Scelus est violare phalernum
Sciat omnia iudex ✕
Scindunt hominem cupidines acrē
Scire volunt omnes
Scire tuum nihil est
Spectatur in ignibus aurum
Sperata videntur magna
Spes est ad gaudia velox ✕
Spes est carpentibus auras
Spes est longa dolor
Spes incerta fatigat ✕

C vij

Spes hominum fragilis
Spes leuat erectos
Spes lubrica torquet
Spes nulla datur modo lumine cassis
Spes nulla sine fine æuo
Sponte datum capias
Splen ridere facit
Spreta iacet bonitas
State viri, & seruate ducem
Stat pœna nocenti Post obitum
Stat pro lege libido
Statq; caditq; fides
Stat sua cuiq; dies
Sterilis lactatio vulgi est
Stomacho conducit Anetum
Studium inflammatur honore
Stultitiam patiuntur opes;

DE T.

Tacita sudant præcordia culpa
Tacitis senescimus annis
Tecum habita
Tectus magis æstuat ignis
Te melioribus offer
Tempora labuntur

Tempore victa senescunt
Tempore crescit amor
Tempus edax rerum est
Tendit ad ardua virtus
Ter deus vnus
Terra salo præcingitur omnis
Terras Astræa reliquit
Terrenum est nobis corpus
Teterrima febris adurit
Timidi est optare necem . ✕
Timidissima turba columbæ
Tineæ dominantur in agris
Tolerate labores
Tondent prata greges
Toto sentimus corpore
Totus regitur sub legibus orbis
Tua debita solue
Thure pio venerare deum
Turpe est cedere pugna
Turpe odium semper
Turpe pecus mutilum
Turpe senex miles
Turpe senilis amor
Turpe sequi est sceleratum hominē

C viij

Turpis sine gramine campus
Trahit sua quemq; voluptas
Trepidare solet mens conscia culpæ
Triste lupus stabulis
Tristi sequitur cum mente senectus
Truditur dies die

DE V.

Vacuum est quod inane vocamus
Validos consumunt secula lacertos
Variat fortuna vices
Variæ crescunt pecudes
Varij sensus animantibus insunt
+ Varium & mutabile semp foemina
Varium genus Amphitrites
Vates rege vatis habenas
Vegetant noua gaudia mentes
Velox præcipitat rota
Velle suum cuiq; est
Venerare altaria donis
Veneris nihil est potentius igne
Venus ocia amat
Venti cum frigore surgunt
Venti sunt corpora cæca
Veris magna paratur phama bonis

Verba dat omnis amans
Verbo mutantur amantes
Ver præbet flores
Vertuntur species animorum
Veterum prohibetur cura malorum
Violare aliena nephandum est
Viua est ab origine viuum
Viue bidentis amans
Viuendum est recte
Viuere comune est
Viuere pace monent leges
Viuite virtutis memores
Viuite contenti casulis
Viuitur exiguo melius
Viuitur ex rapto
Viuit sub pectore vulnus
Vice cuncta geruntur
Vicijs nemo sine nascitur
Viciu recolendo valescit
Viciu vicinus agit
Victa iacet pietas
Victoria læta est
Victoria queritur astu
Vigilant pisces semper

D

Vilius argentum est auro
Vilis adulator res est
Vim vi repellere phas est
Vim suscitāt ira
+ Vina Venusq; nocent
+ Vina parant animos
Vina quies sequitur
Vina sitim minuunt
+ Vino compesce dolores
+ Vino corrumpitur ætas
+ Vino forma perit
+ Vino pellite curas
+ Vires industria firmat
Viribus vtendum est
Viro est gratissima coniunx
Vir bonus est animal rarum
Vir gregis ipse caper
Virtus æterna manet
Virtus vicio dare terga coacta est
Virtus clara ducis vires accendit
Virtus precium sibi sola est
Virtus semet contenta quiescit
Virtutem extendite factis
Virtutem labor auget

Virtuti est inimica voluptas ✕
 Virtuti est damnosa quies
 Virtuti est gloria merces
 Virtuti talio poenam ingerit
 Virtutis venerabile nomen
 Virtutum est regina fides
 Vita laudatur honesta
 Vitam mors vsq; fatigat
 Volucres viscata fallite virga
 Vorat omnia tempus
 Vulnus nihil insanabile curat
 Vult pia facta deus
 Vberior viciorum est copia
 Vna omnes gradiuntur humo
 Vnicus omnipotens deus est
 Vnum est tria numina numen
 Vnum pro multis dabitur caput
 Vrit videndo Fœmina
 Vsus communis aquarum est
 Utendum est ætate
 Vtere sorte tua
 Ut pictura poësis erit
 Ut fluat in cineres opus est caro
 Vxorem est mutare nephas.

D ij

Xenia mentes Fœminas capiunt
Ydropicis est turgidus vter.
Zelotipo coniunx suspecta marito est.

Finis Hemistichiorum.

Gregorius Finckius Ebernehen-
hetmensis, honestus iuue-
nis recensuit.

¶ Ad eleuationem corporis
Christi oraciuncula Sap.
R. Philefij.

Cuius effert nunc tenerum sacerdos
Corpus, ex casta genitrice natum
Da frui vita famulos perhenni
Dulcis Iesu.

¶ Ad calicis eleuationem,
De tuis membris cruce subleuatis
Amnis effusus rosei cruoris
Abluat nostros petimus reatus
Opie Christe.

Finis cū deo, Anno, M, D, XXII.

BREVES ET MORALES

Sententiæ secundum duodecim

virtutes morales per IACO-

BVM Fabrum breuiter

Compilatae.

Extrema viciosa In medio consistit Extrema viciosa

Supabūdātia Virtus moral' Defectus

Audacia Fortitudo Timiditas

Intemperantia Temperantia Insensibilitas

Prodigalitas Liberalitas Illiberalitas

Circa decorū ruditas Magnificētia Pusillitas

Lentitudo Magnaitas Pusillanimitas

Ambitio Modestia Honoris vacuitas

Ira Mansuetudo Ire vanitas

Adulatio Affabilitas Contentio

Arrogantia Veritas Dissimulatio

Scurrilitas Comitas Rusticitas

Plus Iusticia Minus

Plus Amicitia Minus

Virtus ē aīe habitus ipsam pficiēs
atq; eius opus bonū reddens.

Viciū est qualitas aīe ipsam de-
stituens atq; eius opus turpe & vitu-
perabile reddens

Officium est virtutis operatio;

Ex vicio prodit turpis actio

Breues sententiæ.

Te ipsum perficito

Bonum insitum augeto

D iij

Fortunam fugacem meditator
Naturam non deserito
Vtilibus ad optima intendito
Neminem ledito
Mundam voluptatem amato
Tristitiam pellito
Honestum preponito
Sum opere vitiū odito, virtutē colito
Officiū exerceto
Ad virtutes te natum cogitato
Ratio dominator
Sensus pareto, Mentem excolito
Nihil inconsulte facito, Mediū teneto
Ne quid nimis videto
Idem, Ne quid nimis
Prudentem ducem eligito
Ipso vt oculo vtitor
Quid facias videto
Vires tuas metitor, Finem cogitato,
Sciens gratusq; facito
Te ipsum cognoscito
Cui facias & cum quo
Quando, vbi, & quomodo
Maius malum magis deuitato

Insito morbo fortius obsistito
Voluptatum rhetia fugito.

Prima virtus moralis, Fortitudo:

Fortitudo est virtus qua quis cir-
ca honestam mortem & ea omnia
que repente conueniunt & ipsam as-
ferunt interritus est.

Insanum est qui nihil omnino timet.

Timidus & meticulosus qui metuen-
do deficit.

Breues sententiae,

Fortis esto

Deo pietatem exhibeto

Patriam defendito

Parentes tuetor

Nil temerarius attentato

Nil timidus aggreditor

Ubique medium teneto

Secunda virtus, Temperantia:

Temperantia est voluptatum, tristi-
tiarumque gustus ac tactus medio-
critas. Que si circa cibum fuerit ab-
stinencia, circa potum, sobrietas, circa ve-
nerca castitas vocetur.

D iij

Intemperans est qui circa horū sensuū
voluptates atq; tristitias exuperat.

Qui circa cibū manducus, vorax, ga-
strimargusq; vocetur. Circa potū bibu-
lus, ebriosus. Circa Venerē procax &
libidinosus dicitur.

Insensibilis est qui circa hos sensus de-
lectando deficit, vt vix aliquis inuenit

Breues sententiæ.

Sensuum illecebras reprimito

Cibo temperate vtitor

Potu sobrius esto

Esto pudicus. Esto castus.

Candorem seruato

Virtutē te natum memento

Intemperantiam fugito.

Tertia virtus. Liberalitas.

Liberalitas ē circa dationē acceptio-
nēq; ratione definita mediocritas
Prodigus est qui propria dissipan-
do exuperat.

Il liberalis est qui dando deficit aut ac-
cipiendo exuperat.

Breues sententiæ.

Liberalis esto
Aliorum miseres cito
Egenos visitato
Sitientes potato
Famelicos pascito
Captiuos redimito
Nudos operito
Hospites colligito
Mortuos sepelito
Parca conseruato
Parcus ne esto
Lenocinium vitato
Fenus execrator
Aleas fugito
Parasytum odito
Nihil clam retineto;

Quarta virtus moralis.

Magnificencia.

Magnificencia ē circa sumptuum
magnitudinē recta ratione ser-
uata mediocritas.

Qui exuperat, circa decorū rudis &
sordidus dicitur. (cupatur.

Qui deficit pusillus & paruificus num

D v

Breues sententiæ,

Sancta loca instaurato
Deum templis honorato
Raro obsonator
Clarus & magnificus esto
Paruificus nil facito
Luxum sorditiemq; vitato

Quinta virtus, Magnanimitas.

Magnanimitas est virtus qua honorē aut inhonorationē, fortunā tum prosperā tum aduersam moderate ferre possumus.

Lentus & supbus dicitur qui se magnis dignū facit cū his minime dignus sit.
Pusillanimus ac piger est qui preclaris actibus & officijs & fortune bonis dignus se priuando deficit.

Breues sententiæ,

Sempiternis hereto
Caduca contemnito
Prosperis ne extollitor
Ne deijctor aduersis
Honorem ne arrogato
Ociosus esse caueto.

Sexta virtus, Modestia.

Modestia est circa mediocres honores laudabilis mediocritas.
Ambitiosus qui circa honores appetendo exuperat.
Honoris appetitione vacans dicitur q̄ circa eos deficit.

Morales sententiæ.

In dignitate modestus esto
In magistratu te virum monstrato
Propter honorē ne illū relinquito
Vanā ambitionē esse cogitato
Neq; honorē dignus recusato
Neq; vnq; arrogato.

Septima virtus moralis,

Mansuetudo.

Mansuetudo est circa iram moderatiua mediocritas.
Iracundus ē q̄ irascēdo abūdat.
Ira vacuus dicit̄ qui irascendo deficit.
Ira est ob apparentem paruipensionē atq; contemptum vindicte appetitus.
Clementia est virtus punitionis moderatiua.

Sententiæ.

Manfuetus esto

Mitis esto, idem

Iram cohibeto

Q; corpus deformat ab alijs discito

Aut speculum consulito

Vt oportet irascitor

Princeps clementiam feruato

Tyrannos crudeles esse recordator

Quos punis homines esse memento

Malis indulgere nolito

Licentia ne peccata crescunt.

Octaua virtus. Affabilitas:

Affabilitas est circa humanarum
congressionū voluptates ac tri-
sticias (cum sine dilectione affe-
ctu ue sit) laudata mediocritas.

Placidus est qui delectandi studio nec
ob aliud quippiam circa sermones exu-
perat. Qui vero emolimenti gratia
adulator dicitur.

Difficilis & contentiosus dicitur qui
oim sermones moleste ferens deficit.

Sententiæ morales;

Affabilis esto
Salutato libenter
Neminem irrideto
Incompositos risus vitato
Parum loquitor
Prumptior audito
Que audias bona sunt
Nulli detrahito
Doctiorem te audito
Indoctos erudito
Que placent profuntq; dicito
Eademq; facito
Aliorum benefacta narrato
Tua sileto,

Nona virtus. Veritas,

Veritas est virtus qua quis qualis ipse sit cum verbis tum factis palam ostendit.

lactator & arrogans ē qui præclara & maiora q̃ insint mendacio gaudēs gloriam aut lucrū affectans confingit, Dissimulator dicitur qui præclara que vere insunt aut negat aut minuit.

Breues sententiæ.

D vij

Verax esto
Verba vite consonanto
Mendacium fugito
Alterius fame ne incombito
Nihil de te confingito
Non te collaudato
Non te efferto
Non dissimulato
Non te culpato
Verum nociturum taceto
Dictum factumq; honestum esto.

Decima virtus, Comitas.

Comitas ē in loco & dicendo &
audiendo que oportet laudabilis
mediocritas. Comis vrbani idē
Scurra & importunus ē qui in ridicu-
lis importunus est.

Agrestis & durus & rusticus dicitur q
nec facetus quicq; facit neq; aliorū salis
quicq; admittit.

Sententiæ morales.

Dexter comisq; viuito
Fessus recreator, locus castus esto;
Esto commodus

Personis loco tempore accommodato,
Omnis obscenitas abesto
Choreas aleasq; fugito
Turpes facetias vitato
Histriones, Scurras, Cachinnones
Scommataq; damnato.

Vndecima virtus, Iustitia.

Iustitia ē virtus qua homines iusto-
rum sunt operatiui & qua iusta vo-
lunt ac faciunt.

Iusta sunt ad alterum facta officia.

Habitus quo quis res vult iniustas in-
iuriasq; agit iniustitia est.

Iustitia legitima ē qua quis leges con-
dit & discernit & eas in cōe bonū &
beatā vitam dirigit. Et hac iustitia tota
& primaria dicitur.

Equitas ē virtus qua quis nec plus ne-
q; minus aut accipit aut tribuit q̄ q̄sq;
dignus sit ac mereatur.

Iniustus illegitime q̄ iniquas leges cō-
dit aut sua indulgentia pullulare sinit.

Iniquus q̄ plus minusue accipit aut tri-
buit q̄ oporteat ac dignū sit.

D viij

Breues sententiæ,
Iustitiam colito
Legibus obsequitor
Deum naturamq; præponito
Deum timeto
Deum super cuncta diligito
Ipsum propiciato
Proximos amato
Parentes honorato
Benefactor esto
Communiùs bonum prefero
Equitatem seruato
Iniustum ne imitator
Exleges fugito
Stateram non transilito
Iusta sunt ad alterum facta officia
Iustū ciuile ē equaliū inter se officiū
Iustū paternū ē patris erga filiū officiū
Iustū herile ē dñi ad seruū officiū
Iustū economicū est viri ad vxorē &
ad familiares & eorum ad virum seu
patrem familias officium,
Sententiæ morales;
Cuiq; suum tribuito

Parem patitor
Seditionem vitato
Superioribus obedito
Domini presunto
Familiam curato
Quod iustum est mandato
Seruus obedito
Videns, audiens, tacitus
Spontaneus, impiger, fidus
Mandata exequitor
Dominum diligito
Pater liberos alito
Ipsos erudito
Virtutibus formato
Liberilibenter parento
Parentibus audiunto
Amanto honoranto
Magistros venerantor
Præcepta tenento
Vir vxorem diligito
Vxor virum obseruato
Vterq; fidem seruanto
Integramq; vite societatem
Sine rixa sine querela viuunto

E

Vir acquisito
Parta conseruato
Mulier casta fida temperansq; esto
Sedula domum curato.

Duodecima virtus moralis
Amicitia.

Amicitia ē mutua aliquorum be-
niuolentia cū eos non lateat &
alicuius quidē boni grā.

Vtile, vt diuitie

Bonū ē triplex Delectabile, vt delicie,

Honestum, vt virtus

Amicitia utilis ē que fit alicuius com-
modi & lucri gratia.

Amicitia delectabilis que fit alicuius
voluptatis gratia.

Amicitia studiosa & vera est que fit so-
lius virtutis gratia.

Beniuolentia est cum quis alicui & il-
lius quidem gratia bonum vult.

Sententiæ morales.

Commodus esto

Parem gratiam referto

Beneficijs vincere studeto

Vtilitatem fugacem cogitato
Momentaneam voluptatem
Tales suos amicos coniectato
Veram amicitiam querito
Inuestitam colito
Et eius amicos obseruato
Amicos vt te ipsum habeto
Longa consuetudine probato
Illis tua secreta credito
Bene optato
Bene facito
Vnanimisq; viuito
Eadem sentito
Eisdem gaudento ac tristator
Fortune participes facito
Aduersitates ne communicato
Illos consulito
In aduersis succurrito
In secundis gratulator
Benefacere promptior esto
Esto suscipere tardior
De amicitia ciuili & inexcellencia
Amicitia ciuilis est ciuium inter se con
cordia & beniuolentia,

E ij

Amicitia regia est principum & maiorum ad suos subiectos.

Amicitia subregia est subditorum ad suos maiores & principes

Amicitia herilis est dñi ad seruum.

Subherilis ē serui ad dñm beniuolētia,

Amicitia paterna ē patris erga filios.

Subpaterna ē filiorū erga parentes.

Economica amicitia est viri ad vxorē & familiam.

Subeconomica est vxoris & familie ad virum & patrem familias.

Sententiæ morales.

Princeps subditos amato

Subditi principem venerantor

Magistratus populum diligito

Et populus obedito

Ciues ciuibus concordanto

Humane seruos tractato

Et serui domino parento

Liberos familiamq; curato

Liberi famulicq; obsequuntor

In thori societate concors viuito

Superorum amicitie iura,

Inferioribus benefacito
Doceto, precipito, & omnino in bonū
dirigito.

Inferorum officia.

Superioribus bona cupiunto

Grati beniuolique sunt

Dociles se prebento

Libenter parento

Beate viuere assuescunto

Prudencia est circa hominis bona
& mala vera cū ratione actiuus
habitus.

Monastica prudentia est que vnicū
homīnē in suis agendis dirigit.

Economica prudentia est que domū
disponit & rē familiarē ordinat.

Politica siue ciuilis prudentia ē que ci
uū multitudinē in agendis disponit.

Regule prudentie siue Circūstantie
rationis sunt decem.

Quid, quantum, gratia cuius, quale,
quis, quo, in quo, qñ, vbi, quomodo.

Heroica virtus est que communū
homīnū virtutē excellens semidiuina

E in

dicatur. Et hec oēs virtutes ambit vt dicatur heroica fortitudo heroica temperantia & sic de alijs virtutibus.

Qui hac virtute mortales superexcellūt heroas sanctos diuoscq; noīamus.

Qui flagitiorū magnitudine communes hominū malicias excedūt, feri immanescq; ac bestiales dicuntur.

Continentia est cū quis rationi parens vehemētes gustus ac tactus delectationes ad turpe trahentes superat.

Perseuerans est qui tristitijs resistens non vincitur.

Incontinens ē qui ob passionū gustus & tactus abundantias vincitur.

Verecundia ē passio qua quis sui dedecus timens a turpium perpetratione retrahitur.

Stupidus & pavidus est qui de quolibet & honesto & turpi vituperationem timet.

Inuerecūdus & impudoratus q; turpitudinis infamiā omnino nō timet.

Delectatio ē operationi superue-
niens placentia.

Delectatio vera & per se ē que
habitum virtutis sequitur.

Delectatio falsa & per accidens ē que
vitiū operationē sequitur.

Summū bonū, felicitas moralis, bea-
tudo philosophica ē hoīs secundū
v̄tutē operatio & i vita p̄fecta, hoc
ē ab initio vsus rationis vsq; i finē vite.

Summū bonū, felicitas eterna, bea-
tudo diuina ē vt cognoscamus te
solū verū deū & quē misisti Iesum
christū & in vita eterna q̄ nos p̄ducas
Iesu christe saluator mūdi rex glorie.

Auersamini igit̄ vitia adolescentes opti-
mi, colite virtutes, ad rectas spes animū
subleuate, hūiles preces in excelsa por-
rigite. Magna nobis ē (si dissimulare nō
vultis) necessitas indicta, p̄bitatis cū añ
oculos agitis iudicis cuncta cernentis:

BOETIVS.

Antuerpiæ apud Michaelē Hille-
niū Hoocstratanū. Anno, M.D.XXII;